
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Sed nec ab homine vinci potest, qui vitia sua vicerit. Non enim vincitur, nisi cui eripitur
2 ab adversario quod amat. Qui ergo amat id solum, quod amanti eripi non potest, ille
3 indubitanter invictus est nec ulla cruciatur invidia. Id enim diligit, ad quod diligendum
et
4 percipiendum quanto plures venerint, tanto eis uberius gratulatur. Diligit enim Deum ex
5 toto corde et ex tota anima et ex tota mente diligit proximum tamquam se ipsum. Non
6 ergo illi invidet, ut sit quo ipse est, immo adiuvat etiam quantum potest. Nec potest
7 amittere proximum, quem diligit tamquam se ipsum, quia neque in se ipso¹ ea diligit
quae
8 oculis subiacent aut ullis aliis corporis sensibus. Ergo apud se ipsum habet, quem diligit
9 tamquam se ipsum.
10 Ea autem est regula dilectionis, ut quae sibi vult bona provenire, etiam illi velit, et quae
11 accidere sibi mala non vult, et illi nolit (Tob. 4,16); hanc voluntatem erga omnes
12 homines servat. Nam erga neminem operandum est malum et “dilectio proximi malum
13 non operatur” (Rom.13,10). Diligamus ergo, ut praeceptum est, etiam inimicos nostros,
14 si vere invicti esse volumus. Non enim per se ipsum quisquam hominum invictus est,
sed
15 per illam incommutabilem legem, cui quicumque serviunt soli sunt liberi. Sic enim eis
16 quod diligunt auferri non potest: qua res una invictos facit et perfectos viros. Nam si vel
17 ipsum hominem homo dilexerit, non tamquam se ipsum sed tamquam iumentum aut
18 balneae² aut aviculam pictam vel garrulam, id est, ut ex eo aliquid temporalis voluptatis
19 aut commodi capiat, serviat necesse est non homini, sed, quo est turpius, tam foedo et
20 detestabili vitio, quo non amat hominem sic homo amandus est. Quo vitio dominante
21 usque ad extrema vitam³ vel potius mortem perducitur.

22 Sed nec sic quidem ab homine homo diligendus est, ut diliguntur carnales fratres vel filii
23 vel coniuges vel quique cognati vel affines aut cives. Nam et dilectio ista temporalis est.

¹ zu verstehen entsprechend einer unterdrückten Fortsetzung “und daher auch nicht am Nächsten”

² **Balneae = Balnea**

³ lassen Sie sich in Ihrem Verständnis durch die hernach ausgesprochene Korrektur leiten!

24 Non enim ullas tales necessitudines haberemus, quae nascendo et moriendo contingunt,
25 si natura nostra in praeceptis et imagine Dei manens in istam corruptionem non
26 relegaretur. Itaque ad pristinam perfectamque naturam nos ipsa Veritas vocans praecipit,

1962

- 2 -

27 ut carnali consuetudini resistamus, docens neminem aptum esse regno Dei, qui non istas
28 carnales necessitudines oderit. Neque hoc cuiquam inhumanum videri debet. Magis
enim 29 est inhumanum non amare in homine quod homo est, sed amare quod filius est:
hoc est
30 enim non in eo amare illud quod ad Deum pertinet, sed amare illud quod ad se pertinet
...
31 Nemo ... potest perfecte diligere quo vocamur, nisi oderit unde revocamur. Vocamur
32 autem ad perfectam naturam humanam, qualem ante peccatum nostrum Deus fecit;
33 revocamur autem ab eius dilectione, quam peccando meruimus. Quare oderimus oportet,
34 unde ut liberemur optamus.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Auf welchen Autor schließen Sie? (Angaben von Gründen!)
2. Wie wäre das **vitium** in Z.1 zu bestimmen, wenn der Gedanke des Relativsatzes eine Beziehung zum folgenden Kontext haben soll?
3. Erläutern bzw. erklären Sie:
 - a) die von der geläufigen Bedeutung des Part. Perf. Pass. abweichende hier vorliegende für **invictus** in Z.3
 - b) die Qualität des **ut** in Z.6
 - c) die gedankliche Beziehung des Relativsatzes in Z.7f. zur Aussage des Hauptsatzes - was besagt das **oculis subiacere ...** für das Sein der betreffenden Objekte der Sinne?
 - d) den Konditionalsatz in Z.13f. in seinem gedanklichen Gehalt - inwiefern sind wir durch die **dilectio inimicorum** erst **vere invicti**?